Reuchlin, Johannes ; Guarinus <Veronensis>: Vocabularius breviloquus / Joh. Reuchlin. [Enth.:] Ars diphthongandi / Guarinus Veronensis [u.a.]

[Straßburg: Georg <Husner>], 30. Sept. 1496






dere.⁊ dicitur a trutina. Uel vt dicit Papias. Trutinat appenſat extimat.⁊ cor. tru. Unde Oratius in epiſtola. Scriptor eſ trutina nō eſt ꝙ multa loquamur

## T ante V

Tubero ras.a.p.id eſt inflare.ſupbire. vel tuberibus implere. Et componitur. Contubero ras.detubero ras.id eſt purgare vel equare.

Tudico cas.a.p.i.ꝑcutere cū malleo.

Tulo lis.vide ſupra in tollo lis.

Tumeo mes.n.s.id eſt ſurgere.creſcere. inflare ſupbire. Inde hic tumor oriſ.⁊ tumeſco.cis.inchoatiuuz. Tumeo neu.eſt ⁊ caret ſupino.⁊ cor.tu. Unde Oratius in poetria. Ueſanū tetigiſſe tument fugiantqꝫ poetam Et in aurora dicit. Hic tumet ille timet.fugit hic hoſtē fugat ille

Tumulo las.a.p.id eſt ſepelire. Inde tumulatim aduer.⁊ cor.mu.

Tumultuor.aris.d.p.id eſt tumultum facere. Inde tumultuarius.a.um.

Tundo is.tutudi.tuſum.a.p.id eſt percutere.verberare.conterere.confringere. ⁊ cor.tu.

Tunico cas.a.p.i.tunicam induere.

Tuor eris.tuitꝰſum.d.t.id eſt inſpicere vel defendere.protegere. Inde tueor erꝫ. turꝰſum ſecunde ꝯiugationis.id eſt inſpicere.dēfēdere.ꝑtegere. Et ſcḋm Priſcianū idē ſignt tueor.⁊ tuor. Et ambo ſunt verba depo. Et tuor facit ſupinū in tuitum. Tueor vero ſcḋe ꝯiugatōis facit tutum. Et ambo habēt tueri in infinitiuo. Un̄ Pro ſpecular dicis et pro defendo tueri. Dat tutum tueor.tuitum tuor.ābo tueri. Itē nota ꝙ tuor raro īuenit ꝑ defēdere.⁊ ſepiꝰ ꝑ inſpicere. Econuerſo tueor raro īuenit ꝑ īſpicere.⁊ ſepe ꝑ defendere

Turbo bas.baui.a.p.id eſt precipitare. cōfundere cōmiſcere.obſcurare.⁊ dicit a turbo inis. Inde turbidus.da.dum. et hec turbiditas atis. Et eſt turbidum de natura.turbulentum ꝟo fit. Et a turbo. bas.dicitur turbido.id eſt turbidum facere. Et turbatus a.um.⁊ turbatio.

Turbulento tas.id eſt turbulentum facere.

Turgeo ges.turſi.turſum.n.s.id eſt inflare.tumere. Inde turgeſco.cis.incho.

Turpo pas.a.p.id ē inquinare turpem facere. Inde turpeo es.id eſt eſſe vel fieri turpem. Inde turpeſco ſcis.incho. Turpo ꝯponit Deturpo pas.

Tuſſio ſis.tuſſiui.ſituz.i.torq̄ri a tuſſi.⁊ dicitur a tuſſis. Inde hic tuſſitus.tus.et tuſſito tas.frequen.pe.ꝓdu.

Tutelo las.a.p.id eſt defendere. Inde hec tutelatio onis.⁊ hoc tutelamen.iniſ. ⁊ hic tutelatus.tus.⁊ hic tutelator.id eſt defenſor.⁊ ꝓducit te.

Tutor taris.id eſt frequēter defendere. ſeruare.⁊ dicitur a tueor eris. Et ꝯponit Cōtutor aris. Unde antiqui dicebant. contuto tas. Unde Baruth.vj. Sacerdotes ſeris oſtia tutant.

## V ante A

Vacillo las.a.p.id eſt titubare.inſtabilem eſſe.tremulare.labare. trepidare.et dicitur a vaco cas. Inde vacillans.ꝑticipium.⁊ ꝓd.va.vn̄ Ouidius meta. Spes mea vacillat ſubtili pendula filo

Uaco cas.caui.n.p.id eſt eſſe vel fieri vacuū. Et licet videat ad alias ſignificationes trāſferri.tn̄ oēs redolent illā. Dr̄ em̄ vaco lectōi.i.inſiſto lectiōi ⁊ opam do.et vaco a lectiōe.i.ceſſo vł deficio a lectiōe. Uaco numis.i.careo. Sed omnes iſte ſigtiones redolent primam. Cum em̄ dico Uaco lectioni.idem eſt ac ſi diceretur. vaco ab alijs rebus ⁊ inſiſto lectioni. Itē vacat impſonale.i.eſſe vacuū vel licituz eſſe vel oportunū. Unde Uacat mihi legere.id eſt oportunitatez legendi habeo. et non impedior ab alio negocio. Uaco neutrū eſt.⁊ cor.va. Un̄ Lucanus in.v. Fata vacent procerūz motus hec cūcta ſequentur. Papias ꝟo dicit. Uacat operam dat vel deficit.a vacuo dictum.qui eniz vacuus eſt a ceteris operibus interdum vni vacat.id eſt operam dat.interdum nihil agit.

Uacuo as.aui.a.p. Et ſcḋm Pap.vacuat id eſt inanit.qḋ itus eſt aufert Inde vacuus.a.um.id eſt vanus ocioſus.deſtitutus.ſine eo q̄d habuit ⁊ cor.primaz. Un̄ Ouidius. Da vacue menti quo tueatur

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-ii-33/0693
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG